Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Leo papa: sermones in parasceuen

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

mas ponamus; sequitur; Amen amen
dico uobis. non est seruus maior domino
suo neque apostolus maior eo qui misit
illum; hoc ideo dixit qui lauerat
pedes seruorum dominus. et ipse qui misit
eorum quos misit; apostolus grece la
tine dicitur missus; ut ostenderet ea
que excelsus fecit humiliter. multo
magis humilibus et infirmis humili
ter esse facienda; sed ut et hoc in loco
spiritalis intellectus commoneret.
quia si ipse qui peccatum non fecit.
nec inuentus est dolus in ore eius. in
terpellat pro nostris excessibus. multo ma
gis ipsi debeamus orare pro inuicem; sed
et si dimittit nobis ille cui non habemus
quod dimittamus. multo magis opor
tet nos alter utrum dimittere nobis de
bitam nostra; quod ipsum apostolus quoque
precipiens ait; estote autem inuicem benig
ni. misericordes. donantes inuicem.
sicut et deus in christo donauit uobis; si hec
inquid scitis. beati eritis si feceritis ea;
saluatoris et ex ducto est cogitanda
sententia. quia beati erimus sciendo ce
lestia precepta. si tamen ea que no
uimus. operando sectemur; qui enim
cognita eius mandata seruare negle
git beatus esse non ualet; qui hec uel
cognoscere contempnit multo longi
us a beatorum sorte seducitur; con

Sed littera hic haec multum pri

gruit his psalmista. qui mortalium
corda perpendens aeque omnes beatitudi
nem amare. sed paucos ubi est querere
conspiciens. ipse quesiit maxima in hac
uita hominis beatitudo. manifeste
protestatur dicens. Beati inmaculati
in uia qui ambulant in lege domini; et ne
putaretur hec uia inmaculatorum
ac beatorum ab imperitis passim et
rudibus posse comprehendi. consequenter
adiunxit et ait; beati qui scrutantur
testimonia eius. in toto corde exquirunt
eum; quapropter karissimi. rogemus eius cle
mentiam. qui mandauit mandata sua
custodire nimis. ut dirigat ipse uias nostras
ad custodiendas iustificationes suas;
ipse post custodiam mandatorum suorum.
ad beatitudinem nos suae perpetue
uisionis inducat ihesus christus deus et dominus
noster. qui uiuit et regnat cum patre in
unitate spiritus sancti per omnia secula seculo
rum. amen. CV. IN PARASCEUEN.
SERMO BEATI LEONIS PAPAE.

IIII Decursis dilectissimi sermone proxi
mo his que ad comprehensionem domini
precesserunt. superest nunc ut auxili
ante gratia dei. de ipso iam passio
nis ordine sicut promi sim[…]
disseramus; nam cum uerbis sacre ora
tionis suae dominus declararet et u erissime
sibi atque plenissime et humanam et diuinam

ineſſe naturam · oſtendens unde eſſet
quod pati nollet & unde quod uellet ·
Depulſa trepidatione infirmitatiſ · &
confirmata magnanimitate uirtutiſ ·
redit in ſententiam diſpoſitioniſ ęternę ·
& ſeuienti diabolo per miniſteria iudeo
rum formę ſerui nihil peccati haben
tiſ obiecit · ut per eum ageretur omnium
cauſa in quo ſolo erat omnium natura
ſine culpa; Inruerunt ergo in lumen
uerum filii tenebrarum · & utenteſ fa
culiſ atque lanterniſ · non euaſerunt in
fidelitatiſ ſuę noctem · quia non intelleg
erunt luciſ auctorem; occupant para
tum teneri · & trahunt uolentem trahi;
qui ſi uellet obniti · nihil quidem in in
iuriam eiuſ impię manuſ poſſent; Sed
mundi redemptio tardaretur · & nullum
ſaluaret inlęſuſ · qui pro omnium erat
ſalute moriturus; ſinenſ igitur inferri
ſibi quicquid ſacerdotum incitamen
tiſ furor populi ferre audebat · ad annam
caiphę ſocerum · ac deinde ad caipham
& eorumquę tranſmiſſione perducitur · &
poſt inſanas calumniantium obiecti
oneſ · poſt commenticiaſ ſubornatorum
teſtium falſitateſ ad audien
tiam pilati pontificum dele
gatione tranſfertur; qui dum omni iu
re neglecto · clamarent ſe regem non
habere niſi ceſarem tamquam romaniſ deuoti

legibuſ omne iudicium poteſtati pręſi
diſ reſeruaſſent; & perierunt & ſecu
torem magiſ ſaeuitię quam arbitrum
cauſę; offerebant enim ihesum duriſ nex
ibuſ uinctum · colaphiſ & alapiſ fre
quentibuſ caeſum · ſputiſ oblitum · cla
moribus predamnatum · ut inter tot pre
iudicia quem omneſ uellent perire ·
non auderet pilatuſ abſoluere; denique
nec in accuſato eo repperiſſe culpam ·
nec in ſententia tenuiſſe conſtantiam ·
docet ipſiuſ cognitio · in qua iudex quem
innocentem pronuntiat damnat · addi
cenſ iniquo populo ſanguinem iuſti ·
a quo abſtinendum ſibi & intellectu
proprio ſenſerat · & ſomnio uxoriſ no
uerat; Non purgant contaminatum
animum manuſ lotę · nec in aſperſis
aquis digitiſ expiatur · quod famulan
te impia mente committitur; Excel
ſit quidem pilati culpam facinuſ iu
deorum · qui illum nomine ceſaris terruerunt ·
& inuidioſiſ uocibuſ increpatum ad
effectum ſui ſceleriſ impulerunt;
Sed nec ipſe euaſit reatum qui ſupera
tur ſeditionibuſ · reliquit iudicium
proprium & in crimen tranſiuit ali
enum; quod ergo pilatuſ dilectiſſimi
implacabiliſ populi uictuſ inſania ·
multis dominum ihesum dehoneſtari ludibriiſ
& non immodiciſ uexari permiſit iniuriis;

quodque eum flagris caesum · spinis coro
natum · & amictu irrisorię uestis indutū ·
scribarum & sacerdotum ostentauit
aspectui mitigandos ꝓculdubio in
imicorum animos estimauit · ut & satu
ratis inuidię odiis · non ultra iam desde
rent ꝑsequendum · quem tot modis
intuebantur afflictum · sed cum in
ardesceret & inclamantium ut barab
ban indulgentię relaxaret · & xpm
crucis poenę susciperet · cum conso
no fremitu diceretur a turb̄ · sanguis
illius super nos & super filios nostros · ob
tinuerunt in damnationem suam ·
quod ꝑtinaciter exigebant · quorū
dentes sicut proph&a testatus est ·
arma erant & sagittę · & lingua eorū
gladius acutus · frustra enim a cru
cifigendo maiestatis dn̄o manus im
pias continebant · in quem l&ale
uocum spicula · & uenenata uerborū
tela uibrauerant · uob̄ falsi iudei &
sacrilegi principes populi totum fa
cinoris istius pondus incumbit · &
lic& immunitatem sceleris & presidem
obligēr& & milites · omnes tamen
facti summa uos arguit · & si quid in
supplicio xpi · uel pilati peccauit iudi
cium · uel cohortis obsequium · hoc uos
facit humani generis odio digniores ·
quia uestri furoris impulsu · nec illos

innocentes esse licuit quibus iniquitas urā
non placuit · cum itaq; cęcitas infelicium
iudeorum · regem suum esse uniuersita
tis dominum denegar& · traditus est dn̄s
ihs saeuientium uoluntati · & ad inri
sionem regię dignitatis · crucis suae
iussus est esse gestor · quia scilic& dig
nus ess& hoc obprobrio cui gloria in in igno
miniam uestiretur · tunc adimpl&um ē
quod esaias proph&a preuiderat dicens ·
ecce natus est puer · & datus ē nob̄ filius ·
cuius imperium sup humeros eius · cū
ergo dn̄s lignum portar& potestatis ·
erat quidem apud impiorum oculos
grande ludibrium · sed manifestabat
fidelibus grande misterium · quia glo
riosissimus diaboli uictor · & inimicarū
uirtutum potentissimus debellator ·
pulchra specie triumphi sui portabat ·
tropheum · & inuictę patientię hume
ris · signum salutaris adorandum ·
regnis omnibus inferebat · tamquā
& tunc ipsa operis sui imagine omnes
imitatores suos confirmar& & dice
r& · qui non accipit crucem suam &
sequitur me · non ē me dignus · eun
tibus aū cū ihū turbis ad locū poenę ·
simon quidam cyreneus inuentus ē ·
in quem lignum supplicii transferret
a dn̄o · ut & iam tali facto presigna
retur gentium fides · quibus crux xpi

at supplicii sui

crucis q̄d in sceptrū
sibi conuerter&

non confusio erat futura sed gloria; Non ergo fortuitum sed figuratum et mysticum fuit. ut videns in Christo saevientibus. ad conpatiendum ei peregrinus occurreret. dicente apostolo; si conpatimur et conregnabimus; Ut sacratissimo salvatoris obprobrio. non hebreus quisquam nec israhelita; sed alienigena subderetur; per hanc enim translationem a circumcisione ad praeputium. a filiis carnalibus ad filios spiritales immaculati agni propitiatio. et omnium sacramentorum plenitudo transiebat; Siquidem pascha nostrum immolatus est Christus; qui se novum et verum reconciliationis sacrificium offerens patri non in templo cuius iam erat finita reverentia. nec intra septa civitatis ob meritum sui sceleris diruendae; sed foris et extra castra cruci fixus est. ut veterum victimarum cessante mysterio nova hostia novo inponeretur altari; et crux Christi non templi esset ara sed mundi; Exaltato igitur dilectissimi per crucem Christo. non illa tantum species aspectui mentis occurrat. quae fuit in oculis impiorum. quibus per moysen dictum est; Et erit pendens vita tua ante oculos tuos. et timebis die et nocte. et non credes vitae tuae; Isti enim nihil in crucifixo

domino praeter facinus suum cogitare potuerunt; habentes timorem non quo fides vera iustificatur. sed quo conscientia iniqua torquetur; Noster vero intellectus quem spiritus veritatis inluminat. gloriam crucis caelo terraeque radiantem puro ac libero corde suscipiat et interiori acie videat quid sit quod dominus ait. cum de passionis suae loqueretur instantia; venit hora ut clarificetur filius hominis; Et infra. nunc inquit anima mea turbata est. et quid dicam; pater salva me ex hac hora. sed propterea veni in hanc horam. pater clarifica filium tuum. et cum vox patris venisset de caelo dicens. et clarificavi. et iterum clarificabo; Respondens ihesus circumstantibus dixit. non propter me vox haec facta est sed propter vos; Nunc iudicium est mundi nunc princeps mundi mittetur foras. et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me; O mirabilis potentia crucis. o ineffabilis gloria passionis. in qua et tribunal domini. et iudicium mundi. et potestas est crucifixi. traxisti enim domine omnia ad te. et cum expandisses tota die manus tuas ad plebem non credentem et contradicentem tibi; confitendae maiestatis

tiae ſenſum totuſ munduſ accepit; trax
iſti domine omnia ad te. quoniam in execratio
nem iudaici ſceleriſ. unam protulerunt
omnia elementa ſententiam. cum
obſcuratiſ luminaribuſ caeli & con uer
ſo in noctem die. terra quoque moti
buſ quateret inſolitiſ. uniuerſaque
creatura impiorum uſui ſe negaret;
traxiſti domine omnia ad te. quoniam ſciſſo
templi uelo ſancta ſanctorum ab indigniſ
pontificibuſ receſſerunt. ut figura
in ueritatem. prophetiae in manifeſta
tionem. & lex in euangelium uerte
retur; traxiſti domine omnia ad te. ut
quod in uno iudeae iudeorum templo
obumbratiſ ſignificationibuſ agebatur.
pleno apertoque ſacramento uniuer
ſarum ubique nationum deuotio
celebraret; nunc enim carnalium
ſacrificiorum uarietate ceſſante.
omneſ differentiaſ hoſtiarum una
corporiſ & ſanguiniſ tui implet obla
tio. quoniam tu eſueruſ agnuſ dei qui tolliſ
peccata mundi. & ita perficiſ in te uni
uerſa myſteria. ut ſicut unum eſt
pro omni uictima ſacrificium. ita
unum de omni gente ſit regnum; Nunc
enim & ordo clarior leuitarum. & dig
nitaſ amplior ſeniorum. & ſacratior
eſt unctio ſacerdotum; quia crux tua
omnium fonſ benedictionum omnium eſt

cauſa gratiarum. per quam credentibuſ datur
uirtuſ de infirmitate. gloria de obpro
brio. uita de morte; confiteamur igitur
dilectiſſimi. quod beatuſ magiſter
gentium pauluſ glorioſa uoce confeſ
ſuſ eſt dicenſ. fideliſ ſermo & omni
acceptione dignuſ. quia chriſtuſ iheſuſ uenit
in hunc mundum peccatoreſ ſaluoſ
facere; hinc enim mirabilior eſt
erga noſ miſericordia dei quod non pro iuſ
tiſ neque pro ſanctiſ. ſed pro iniquiſ & im
piiſ chriſtuſ eſt mortuuſ; & cum mortiſ
aculeum recipere non poſſet natura
diuinitatiſ. ſuſcepit tamen naſcendo
de nobiſ. quod poſſet offerre pro nobiſ;
olim enim morti noſtrae mortiſ ſuae
potentiam minabatur. dicenſ per oſee
prophetam; ero morſ tua o morſ. &
ero morſuſ tuuſ inferne; Legem enim
inferni moriendo ſubiit. ſed reſurgendo
diſſoluit. & ita perpetuitatem mortiſ
incidit. ut eam de aeterna faceret tem
poralem; ſicut in adam omneſ moriun
tur. ita & in chriſto omneſ uiuificabuntur.
Fiat itaque dilectiſſimi quod apoſtoluſ
ait. ut qui uiuunt iam non ſibi uiuant.
ſed ei qui pro omnibuſ mortuuſ eſt & re
ſurrexit; & quia uetera tranſierunt.
& facta ſunt omnia noua. Nemo in
carnaliſ uitae uetuſtate permaneat. ſed
omneſ de die in diem perficiendo renouentur.

quantumlib& enim quisq; iustificatus sit.
hab& tamen dum in hoc corpore est quo p(ro)
batior esse possit & melior; qui autem
non proficit deficit. & qui nihil adqui
t nihil
rit non parum p(er)dit; currendum ergo
nobis est fidei gressibus. misericordie
operibus. amore iustitie. ut diem redemp
tionis nr̄ae spiritaliter celebrantes.
Non in fermento ueteris malitiae &
nequitie. sed in azimis sinceritatis & ue
ritatis. resurrectionis xp̄i mereamur
esse participes; qui uiuit & regnat
cum patre. & cum sp̄u sc̄o in secula secu
IN PARASCEVEN
lorum. amen. ITEM CUIUS SUPRA.
Sacram dilectissimi dominice passionis
historiam. euangelica ut moris est
narratione decursam. ita omnium urm̄
arbitror inhesisse pectoribus. ut uni
cuique audientium ipsa lectio quedā
facta sit uisio; hab& enim hanc poten
tiam fides uera. ut ab his mente n̄ desit.
quibus corporalis presentia interesse
non potuit; & siue in pr(e)teritū redeat
siue in futurum se cor credentis exten
dat. nulla sentiat moras temporis
cognitio ueritatis; Adest ergo sensib;
nr̄is integra rerum p(ro) nr̄a salute gesta
rum. & quicquid tunc discipulorum
p(er)strinxit animos. nr̄os quoque tangit
affectus. Non quod aut tristitia de
p(ri)mimur. aut furentiū iudeorum

furore terremur. Cum etiam eos quos
illius tempestatis magnitudo con
cussit ad inuictam constantiam re
surrectio dn̄i ascensioque prouexerit.
sed quia in cogitatione uenit quales
tunc hierusalem populi. & quales fu
erint sacerdotes. cum magno accipi
mus tremore mentium. tantum faci
nus impiorum; quamuis enim ad salu
tem humani generis p(er)tinens sit passio
saluatoris. & ęternę mortis uincula
temporalis in te dn̄i morte disrupta.
Aliud tamen crucifixi potentia aliud
crucifigentium egit insania; Nec ad
eorndem rerum geritur misericordia
& ira tendebat. cū p(er) eiusdem sangui
nis fusionem xp̄s soluer& mundi cap
tiuitatem. iudei interficerent omniū
redemptorem; obdurauit igitur car
nalem isr̄l malignitas sua. & nihil
ei legis testificatio. nihil mysteriorū
imagines. nihil p(ro)ph&arum oracula p(ro)
fuerunt. cū pascha dn̄i tot seculis cele
bratum. in eo iohannes docer&
impl&um. de quo publica p(ro)testatione
diceb&. ecce agnus di. ecce qui tollit
peccata mundi. Repugnat iniquitas
iustitie. cecitas luci. mendacium
ueritati; sed desę uitia obluctantiū.
descedere crudelium optinuit ih̄s aeterne
dispositionis effectum; & ita humano

uoluit crimen excludere;

generis sui morte consuluit. ut et ceteram en
tium secutis. & iam ipsis persecutoribus
non negaret; qui enim uenerat uniuer
sis credentibus omnia peccata dimitte
re. a generali indulgentia nec iudai
cum. quorum itaq; perfidiam detesta
mus. eorum fidem si conuertantur
amplectimur; & imitantes misericordi
am dn̄i. qui pro eis a quibus erat crucifix
us orabat; nos quoque cum beato pau
lo apostolo. uotis iungimus preces. &
ut ille populus misericordiae consequa
tur optamus. o beatus offensionem.
gratiam reconciliationis accepimus;
qm̄ sicut ait magister gentium. con
clusit ds̄ omnia in incredulitate. ut om
nium misereatur; quid enim illud fuit
quod & iudeis intellectum abstulit.
& sapientium mundi corda conturbauit.
nisi crux filii dī. quae & philosophicam
fecit caligare doctrinae; omnem nā
q; sensum humanae mentis excessit
diuini altitudo consilii cum placuit
dō per stultitiam predicationis saluos
facere credentes. ut mirabilior fieret
constantia fidei. & difficultate cre
dendi; inconsequens enim & inratio
nabile uidebatur recipere animo. quod
creatorem omnium naturarum in
substantia ueri hominis. uirgo inteme
rata peperisset. quod equalis patri fili
us dī. qui implet & omnia & continet &
uniuersa. furentium manibus compre

uanescere prudentiam. & israheliticam

hendi. iniquorum iudicio condempnari.
& post dedecora inlusionum. cruci se per mi
sisset affigi; sed in his omnibus simul super
& humilitas hominis. & celsitudo deita
tis; nec miseri cordiae ratio. maiestatem
miserentis obscurat. quia dei ineffabili
potentia factum est. in carne passibili.
ut dn̄s homo uerus est in dō inuiolabili. & ds̄ uerus est
conferretur homini gloria per contume
liam. incorruptio per supplicium. uita per
mortem; nisi enim uerbum caro fieret
& tam solida existeret unitas in utraq;
natura. ut ea suscipiente susceptam.
nec ipsum breue mortis tempus abiunge
ret. numquā ualeret ad aeternitatem
redire mortalitas; sed effulsit nobis in
xp̄o singulare presidiū. ut in natura
passibili. mortis condicio non maneret.
quam inpassibilis essentia recepisset;
& per id quod non poterat mori. posset id
quod erat mortuū suscitari; huic sacra
mento dilectissimi ut inseparabiliter
congruamus. magna nobis & animi & cor
poris intentione nitendum est. ut cum gra
uissimi sit piaculi festum paschale negle
gere. periculosius sit ecclesiasticis qui
dem conuentibus iungi. sed in dominice
passionis consortio non haberi; nam
dicente dn̄o. qui non accipit crucem suā
& sequitur me non est me dignus; & di
cente apostolo. si conpatimur & con
regnabimus; quis uero xp̄m passum mor
tuum. & resuscitatum colit nisi qui cū
ipso & patitur & moritur & resurgit;

Et haec quidem in omnibus ecclesiae filiis ipso iam regenerationis sunt inchoata mysterio. ubi peccati interitus uita est renascentis. et triduanam domini mortem imitatur trina demersio. ut demoto quodam aggere sepulturae. quos uelut eres suscepit sinus fontis. eosdem nouos edat unda baptismatis; sed implendum est nihilominus opere. quod celebratum est sacramento; et nati de spiritu sancto quantumcumque superest mundani temporis. non sine crucis susceptione ducendum est; quamuis enim forti et crudeli tyranno per potentiam crucis christi uasa antiquae depraedationis erepta sint. et dominatio principis mundi a redemptore sit eiecta corporibus. insidiari tamen etiam iustificatis eadem malignitas perseuerat; et multis modis eos in quibus non regnat inpugnat. ut si quas animas incautas neglegenter inprudenterque repererit sermonibus eas laqueis rursus innectat. et a paradiso ecclesiae raptas. in consortium suae damnationis inducat;

Unde cum quis piae se limiter obseruantiae christianae sentit excedere. et in id cupiditatem suam tendere. quod eum a recto itinere faciat deuiare. Recurrat ad crucem domini. et ligno uitae motus noxiae uoluntatis affigat. ac uoce prophetae ad dominum clamet et dicat; confige clauis a timore tuo carnes meas. a iudiciis enim tuis timui; quid est clauis timoris carnes habere confixas. nisi corporis sensus ab inlecebra inliciti desiderii. sub metu diuini continere iudicii. ut qui resistit peccato et concupiscentias suas. ne quid morte dignum operetur interficit. audeat cum apostolo dicere mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo; Ibi ergo se constituat christianus. quo eum secum sustulit christus. et ad id dirigat omnem uiam suam. ubi scit humanam saluatam esse naturam; passio enim domini usque ad finem producitur mundi. et sicut in sanctis suis ipse honoratur. ipse diligitur. et in pauperibus ipse pascitur. ipse uestitur. ita in omnibus qui pro iustitia aduersa tolerant. ipse conpatitur; nisi forte estimandum est multiplicata per orbem fide et rarescente impiorum numero. omnes persecutiones et omnia quae aduersus beatos martyres saeuierunt finita esse certamina. tamquam suscipiendae crucis illis tantum necessitas incubuerit quibus ad expugnandam christi dilectionem atrocissima sunt inlata supplicia; Sed aliud seruientium deo pietas experitur. Aliud beati apostoli praedicatio protestatur qui dicit. omnes qui uolunt pie uiuere in christo iesu persecutionem patiuntur; qua sententia nimis tepidus et segnis ostenditur. quem nulla persecutione pulsatur; pacem enim cum hoc mun

do

nisi amatores mundi habere non possunt; & nulla umquam iniquitati cum aequitate communio. nulla mendatio cum ueritate concordia. nullus est tenebris cum luce consensus; quia & iam si pietas bonorum cupiat malos corrigi. conuersionemque multorum per gratiam di miserantis obtineat. malignorum tamen spirituum aduersarii cor insidiae non quiescunt. & siue occulto dolo. siue aperto proelio. in omnibus fidelibus propositum beneuolentatis infestant; inimicum namque illis est. omne quod rectum omne quod castum est; & cum eis nihil in quemquam amplius liceat quam iustitia diuina permiserit. quae dignatur suos aut corripere disciplina. aut exercere pacientia. agunt tamen uersutissima arte fallaciis. ut ex arbitrio proprio potestatis. aut laedere uideantur aut parcere; & multis quod dolendum est ita per nequitiam simulationis inludunt. ut quidem illos & timeant pati infensos. & uelint habere placatos; cum beneficia daemonum omnibus sint nocentiora uulneribus. quia tutius est homini inimicitiam diaboli meruisse quam pacem; sapienter itaque animae quae unum timere. unum diligere. & in unum sperare didicerunt. mortificatis cupiditatibus. & crucifixis corporis sensibus; ad nullum hostium metum. ad nullum inclinantur obsequium; uoluntatem enim di. & iam sibi praeferunt. & tenente apostolus peccati amore se non amant; cum audiunt sibi diuinitus dici. post concupiscentias tuas non eas. & a uoluntate tua auertere. diuidunt se effectibus suorum. & legem mentis. a corporis lege discernunt. ut ex quadam se parte sibi denegent. prudenter se in his quae carnaliter cupiunt. & inuenienter se in his quae spiritaliter concupiscunt; Sanctum igitur pascha dilectissimi. in talibus membris corporis xpi legitime celebratur. & nihil illis deest de triumphis quos passio saluatoris obtinuit. quoniam in his qui apostolico exemplo castigant corpus suum. & seruituti subiciunt. idem hostes eadem fortitudine conteruntur; & nunc enim a xpo uincitur mundus cum a seruis eius quorumcumque uitiorum incentiua superantur. ipsius uirtus est. ipsiusque uictoriae; haec dilectissimi quae ad participationem crucis pertinent. sufficienter ut arbitror uestris sunt hodie auribus intimata. ut paschale sacramentum & iam in membris corporis xpi legitime celebretur. superest ut de optinendo resurrectionis consortio disseramus; quod ne continuato sermone & mihi & uobis fieret onerosum. in diem sabbati promissa differimus; aderit ut credimus gratia di. ut debitum nostrum ipsius auxilio compleatur. qui uiuit & regnat cum patre & cum spiritu sancto in secula seculorum amen.

IN SABBATO SCO SERMO B LEONIS PAPE.

Totum quidem dilectissimi paschale sacra